

eis secretè ea, quæ sequuntur, ac proinde secretè, id est seorsum à turbis, ut nemo alius audiret, nisi illos, quos ipse volebat scire rem. Vnde Syriacus vertit: Assumpsit duodecim inter se, & ipsos priuatum. Cum dicit duodecim discipulos, etiam in hoc numero ingreditur Iudas, ut dicam quæst. seq.

4. Ecce ascendimus. Particula illa, ecce, denotat rem, quam sæpe vobis dixi. Ascendimus Ierusalem. Ad ignominiosam mortem, & rectè hæc erat designata in Ierusalem, quæ pacis visio interpretatur; nam mors, & passio iusto est pro loco pacis, & quietis. Ascendimus, ait, per regiam viam, incedebant, ad quid admonentur de itinere? quia ad locum sanctum non solum pedibus, sed etiam mente cum multa reuerentia debes pergere. Ascendimus, non ait; ascenditis vos; sed ascendimus, Christus cum suis simul laborare videtur, eisque laborantibus præsto adest. Causa autem motiua huius ascensus explicatur in textu Luc. Et consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Cum Christus Dominus sit verus naturalis Dei filius, se tantum filium hominis dicit. Homines ab excellentiori parte sibi nomen assumunt; Christus verò à minus excellentiori sibi nomen facit. Tradetur, à Iuda proditore nemp; tamen eius nomen non exprimit, ut alienæ famæ consulere nos doceat. Tradetur principibus: à Iuda traditus est Dominus Principibus Sacerdotum, ac Scribis, illi verò in eum mortis sententiam tulerunt. Et condemnabunt eum morte. Quando, cum Iesus dixisset se esse filium Dei, illi rogati à Caipha vnanimiter dixerunt: Reus est mortis, Matth. 26. n. 66. Prima passionis ærumna tradi Principibus, ac Scribis; grauissima pressura est traditionem sustinere; præcipue quando sub existimata pietate, ac zelo machinatur, ac confitetur.

5. Et tradent eum gentibus. Dominus sententia mortis à Iudæis condemnatus traditus est Pilato, & Romanis Ethnicis, ut ipse Pilatus dixit: Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi, Ioan. 18. n. 35. Ad illudendum, flagellandum, crucifigendum. Hæ fuerunt tres primariæ partes passionis Christi. In sua passione graues ignominias, ac illusiones pertulit Dominus. Expende, ad illudendum; hoc est, ut pro lusu, & materia risus, & lætitiæ in suis tormentis habitus esset; iustorum oppressiones sæpe lætissimum spectaculum faciunt impiis. Ait Apostolus 1. Cor. 4. n. 9. Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. D. Anselm. Sicut omnes currunt, ubi iocus celebratur: sic omnes boni, & mali conueniunt ad aspiciendas penas nostras: boni ut nos presentia sua confortent. Mali verò ut gaudeant, cum nos suos aduersarios cruciari videant. Addidit Dominus: Tertia die resurget: tot tormentorum tristitia vna sufficiens est resurrectionis consolatio. D. August. lib. 18. de Ciuit. cit. à D. Thoma in Catena: Passione, ait, ostendit (scilicet Christus) quid sustinere pro veritate, resurrectione, quid sperare in Trinitate debeamus; vnde dicit tertia die resurget.

6. Quare Dominus assumpsit duodecim Apostolos, & nullus se intromittit? Vnde dicitur in textu Luc. Et consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Cum Christus Dominus sit verus naturalis Dei filius, se tantum filium hominis dicit. Homines ab excellentiori parte sibi nomen assumunt; Christus verò à minus excellentiori sibi nomen facit. Tradetur, à Iuda proditore nemp; tamen eius nomen non exprimit, ut alienæ famæ consulere nos doceat. Tradetur principibus: à Iuda traditus est Dominus Principibus Sacerdotum, ac Scribis, illi verò in eum mortis sententiam tulerunt. Quando, cum Iesus dixisset se esse filium Dei, illi rogati à Caipha vnanimiter dixerunt: Reus est mortis, Matth. 26. n. 66. Prima passionis ærumna tradi Principibus, ac Scribis; grauissima pressura est traditionem sustinere; præcipue quando sub existimata pietate, ac zelo machinatur, ac confitetur.

7. Respondet ad quæstionem, quod cum dicitur in textu quod assumpsit eos, non intelligitur ad ambulandum tantum in via, quia per viam multi alij ibant cum eo, ut rectè obseruat Abulen. præter Apostolos ibant multi alij discipuli, & etiam copiosa turba, quæ circumdabat eum; & ideò Zachæus, qui statim pūillus erat, videre eum non poterat; & ideò ascendit in arborem sicomorum, Luc. 19. & etiam patet in præsentia, ex litera, quia Syriacus habet: Assumpsit duodecim Apostolos inter se, & ipsos priuatum. Ergo seorsum ab aliis, qui aderant, ac proinde assumpsit, hoc est segregauit à turba ad loquendum eum eis; nam hi duodecim maximè Christi familiares erant, & semper etiam in periculis, ac contradictionibus Iudæorum fideliter ei assistebant. Vnde dixit D. Thom. Ioan. 11. num. 16. Eamus, & moriamur cum eo. Et hic scribit D. Marcus: Sequentes timebant, ut dixi in expositione num. 2. Sequebantur Dominum, & tamen sibi, ac Domino pericula timebant; & ideò eis tantam fidentioribus (Iudam excipio) de quorum fidelitate magnum extabat experimentum, sua committit secreta Dominus.

8. Secundò. Omnes aduocat, ut adimpleat indifferenter benignitatem boni principis, ac præferti in omnes; nam fauor alicui singulariter impensus sæpe partialitates, ac multorum inuidiam parit. Tertio. Ut Christus suis discipulis abdita mysteria suæ sacratissimæ passionis doceret, eos à turbis segregat. Nam ut quis celestia audiat, ac diuina percipiat, necesse est ut temporalem strepitum declinet, ac à mundanis turbis fugiat.

9. Quarta. Assumuntur, & vocantur omnes, nullusque se vltro ingerit, ac introducit in tantam dignitatem, ut summi Principis à latere fiat, ac particeps consilij eius. Primus rex electus à Deo ad populi petitionem extitit Saul, 1. Reg. 20. n. 22. Et cur primus rex à Deo datus hoc habet nomen? Saul, idem est Hebraicè, ac petio. Ipse enim non petiuit, sed petitus est ad regnum. Stephanus Carthus. in Allegor. ad 1. Reg. Saul, ait, interpretatur petio. Sic prælatus debet postulari, & non se ingerere, ut sit vocatus tanquam Aaron.

10. Adolescens accessit ad Christum dicens: Magister sequar te quocumque ieris, Matth. 8. num. 19. hominem Christus à se reiecit, suam humilitatem illi obiciens. Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidus: filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. Ut latè dixi ex D. Chryostomo, Hieronymo, D. Augustino, Theophylacto, Euthymio tom 2. c. 23. q. 4. Quid est quod Christus Dominus qui claudos, cæcos, ac debiles vocabat, eosque manda

11. mandabat, compelle intrare, ut impleatur domus mea, Luc. 14. num. 11. Huic tamen legisperito qui libenter, ac animosè se se illi offerebat, ad sequendum per omnem viam laboriosam; tamen magnam ei dat repulsam? Abulen. quæst. 57. Non recipit Scribam Christus, ait: Quia iste non erubuit petere rem magnam, scilicet fieri Christi Apostolum; & habere dignitatem aliquam apud eum, cum Paulus dicat, non assumat quisquam sibi honorem, sed à Deo vocatus sicut Aaron. Christus vocabat ad se homines ad suum Apostolatam, ac discipulatam; volebat eos vocatos, non autem oblatos, ac introductos; qui enim vocati veniunt, promptitudinem, ac obedientiam vocationi ostendunt, qui autem se offerunt, ut hic Scriba ambitum, ac applausum honoris ex virtute miraculorum requirebant.

12. Daud à Deo designatus, ac vnctus in regem Israel erat, vnde ei dixit Saul: Certissime scio, quod regnaturus es: tamen interfecit Saule largè ipsum plorat. Et post hæc consulit Daud Dominum, dicens: Num ascendam in vnam de ciuitatibus Iudæ? Et ait Dominus ad eum: ascende, 2. Regum 2. num. 11. Ad quid Daud consulit diuinum oraculum, ac expectat diuinum responsum, ac præceptum, ut tendat in vnam ciuitatem suæ tribus, in qua acclamadus erat rex, cum ipse aliàs certissime agnouisset suam designationem à Deo ad regale sceptrum? Tamen consulit Dominum, diuinumque præceptum expectat; Ascende, ut se ostendat valde longè distare ab ambitu querendi occasiones regni, cum nec in vnam ciuitatem Iuda vellet ire; Rex inauguandus erat, nisi diuino præcepto compulsum, & astrictum. Rupertus lib. 2. in 4. Regum cap. 22. Hæc tenet, ait, profusus plorauit, & fletu multa amaritudine inebriatus, tunc autem reparari, & regnare obedienter paratus, quippe qui non à semetipso venit, sed obedienter cuncta fecit. Expende illud, non à semetipso venit. Qui spiritu Dei aguntur ad dignitates non veniunt à semetipsis, sed vocantur.

13. Quadam autem die cum venissent filij, ut assisterent coram Domino, assistit inter eos etiam Satan; Job 1. num. 6. Septuaginta transferunt. Ecce venerunt Angeli Dei, ut starent coram Domino, & diabolus venit cum eis. Veniunt Angeli sancti tanquam vocati à Deo, ut de rebus ad hominum salutem spectantibus agant cum Domino; Adfuit etiam Satan. Expende illud, etiam, tanquam non vocatus, ipse se insinuauit in concilium Angelicum. Expende discrimen inter bonum, ac malum spiritum; bonus vocatur, malus verò ipse se intromittit in Senatum Angelicum.

QVÆSTIO I.

Quare Dominus assumpsit duodecim Apostolos, & nullus se intromittit?

1. Vnde dicitur in textu Luc. Et consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Cum Christus Dominus sit verus naturalis Dei filius, se tantum filium hominis dicit. Homines ab excellentiori parte sibi nomen assumunt; Christus verò à minus excellentiori sibi nomen facit. Tradetur, à Iuda proditore nemp; tamen eius nomen non exprimit, ut alienæ famæ consulere nos doceat. Tradetur principibus: à Iuda traditus est Dominus Principibus Sacerdotum, ac Scribis, illi verò in eum mortis sententiam tulerunt. Quando, cum Iesus dixisset se esse filium Dei, illi rogati à Caipha vnanimiter dixerunt: Reus est mortis, Matth. 26. n. 66. Prima passionis ærumna tradi Principibus, ac Scribis; grauissima pressura est traditionem sustinere; præcipue quando sub existimata pietate, ac zelo machinatur, ac confitetur.

2. Et tradent eum gentibus. Dominus sententia mortis à Iudæis condemnatus traditus est Pilato, & Romanis Ethnicis, ut ipse Pilatus dixit: Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi, Ioan. 18. n. 35. Ad illudendum, flagellandum, crucifigendum. Hæ fuerunt tres primariæ partes passionis Christi. In sua passione graues ignominias, ac illusiones pertulit Dominus. Expende, ad illudendum; hoc est, ut pro lusu, & materia risus, & lætitiæ in suis tormentis habitus esset; iustorum oppressiones sæpe lætissimum spectaculum faciunt impiis. Ait Apostolus 1. Cor. 4. n. 9. Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. D. Anselm. Sicut omnes currunt, ubi iocus celebratur: sic omnes boni, & mali conueniunt ad aspiciendas penas nostras: boni ut nos presentia sua confortent. Mali verò ut gaudeant, cum nos suos aduersarios cruciari videant. Addidit Dominus: Tertia die resurget: tot tormentorum tristitia vna sufficiens est resurrectionis consolatio. D. August. lib. 18. de Ciuit. cit. à D. Thoma in Catena: Passione, ait, ostendit (scilicet Christus) quid sustinere pro veritate, resurrectione, quid sperare in Trinitate debeamus; vnde dicit tertia die resurget.

3. Respondet ad quæstionem, quod cum dicitur in textu quod assumpsit eos, non intelligitur ad ambulandum tantum in via, quia per viam multi alij ibant cum eo, ut rectè obseruat Abulen. præter Apostolos ibant multi alij discipuli, & etiam copiosa turba, quæ circumdabat eum; & ideò Zachæus, qui statim pūillus erat, videre eum non poterat; & ideò ascendit in arborem sicomorum, Luc. 19. & etiam patet in præsentia, ex litera, quia Syriacus habet: Assumpsit duodecim Apostolos inter se, & ipsos priuatum. Ergo seorsum ab aliis, qui aderant, ac proinde assumpsit, hoc est segregauit à turba ad loquendum eum eis; nam hi duodecim maximè Christi familiares erant, & semper etiam in periculis, ac contradictionibus Iudæorum fideliter ei assistebant. Vnde dixit D. Thom. Ioan. 11. num. 16. Eamus, & moriamur cum eo. Et hic scribit D. Marcus: Sequentes timebant, ut dixi in expositione num. 2. Sequebantur Dominum, & tamen sibi, ac Domino pericula timebant; & ideò eis tantam fidentioribus (Iudam excipio) de quorum fidelitate magnum extabat experimentum, sua committit secreta Dominus.

4. Secundò. Omnes aduocat, ut adimpleat indifferenter benignitatem boni principis, ac præferti in omnes; nam fauor alicui singulariter impensus sæpe partialitates, ac multorum inuidiam parit. Tertio. Ut Christus suis discipulis abdita mysteria suæ sacratissimæ passionis doceret, eos à turbis segregat. Nam ut quis celestia audiat, ac diuina percipiat, necesse est ut temporalem strepitum declinet, ac à mundanis turbis fugiat.

5. Quarta. Assumuntur, & vocantur omnes, nullusque se vltro ingerit, ac introducit in tantam dignitatem, ut summi Principis à latere fiat, ac particeps consilij eius. Primus rex electus à Deo ad populi petitionem extitit Saul, 1. Reg. 20. n. 22. Et cur primus rex à Deo datus hoc habet nomen? Saul, idem est Hebraicè, ac petio. Ipse enim non petiuit, sed petitus est ad regnum. Stephanus Carthus. in Allegor. ad 1. Reg. Saul, ait, interpretatur petio. Sic prælatus debet postulari, & non se ingerere, ut sit vocatus tanquam Aaron.

6. Adolescens accessit ad Christum dicens: Magister sequar te quocumque ieris, Matth. 8. num. 19. hominem Christus à se reiecit, suam humilitatem illi obiciens. Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidus: filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. Ut latè dixi ex D. Chryostomo, Hieronymo, D. Augustino, Theophylacto, Euthymio tom 2. c. 23. q. 4. Quid est quod Christus Dominus qui claudos, cæcos, ac debiles vocabat, eosque manda

Luc. 14. mandabat, compelle intrare, ut impleatur domus mea, Luc. 14. num. 11. Huic tamen legisperito qui libenter, ac animosè se se illi offerebat, ad sequendum per omnem viam laboriosam; tamen magnam ei dat repulsam? Abulen. quæst. 57. Non recipit Scribam Christus, ait: Quia iste non erubuit petere rem magnam, scilicet fieri Christi Apostolum; & habere dignitatem aliquam apud eum, cum Paulus dicat, non assumat quisquam sibi honorem, sed à Deo vocatus sicut Aaron. Christus vocabat ad se homines ad suum Apostolatam, ac discipulatam; volebat eos vocatos, non autem oblatos, ac introductos; qui enim vocati veniunt, promptitudinem, ac obedientiam vocationi ostendunt, qui autem se offerunt, ut hic Scriba ambitum, ac applausum honoris ex virtute miraculorum requirebant.

11. Daud à Deo designatus, ac vnctus in regem Israel erat, vnde ei dixit Saul: Certissime scio, quod regnaturus es: tamen interfecit Saule largè ipsum plorat. Et post hæc consulit Daud Dominum, dicens: Num ascendam in vnam de ciuitatibus Iudæ? Et ait Dominus ad eum: ascende, 2. Regum 2. num. 11. Ad quid Daud consulit diuinum oraculum, ac expectat diuinum responsum, ac præceptum, ut tendat in vnam ciuitatem suæ tribus, in qua acclamadus erat rex, cum ipse aliàs certissime agnouisset suam designationem à Deo ad regale sceptrum? Tamen consulit Dominum, diuinumque præceptum expectat; Ascende, ut se ostendat valde longè distare ab ambitu querendi occasiones regni, cum nec in vnam ciuitatem Iuda vellet ire; Rex inauguandus erat, nisi diuino præcepto compulsum, & astrictum. Rupertus lib. 2. in 4. Regum cap. 22. Hæc tenet, ait, profusus plorauit, & fletu multa amaritudine inebriatus, tunc autem reparari, & regnare obedienter paratus, quippe qui non à semetipso venit, sed obedienter cuncta fecit. Expende illud, non à semetipso venit. Qui spiritu Dei aguntur ad dignitates non veniunt à semetipsis, sed vocantur.

12. Quadam autem die cum venissent filij, ut assisterent coram Domino, assistit inter eos etiam Satan; Job 1. num. 6. Septuaginta transferunt. Ecce venerunt Angeli Dei, ut starent coram Domino, & diabolus venit cum eis. Veniunt Angeli sancti tanquam vocati à Deo, ut de rebus ad hominum salutem spectantibus agant cum Domino; Adfuit etiam Satan. Expende illud, etiam, tanquam non vocatus, ipse se insinuauit in concilium Angelicum. Expende discrimen inter bonum, ac malum spiritum; bonus vocatur, malus verò ipse se intromittit in Senatum Angelicum.

13. Respondet primò D. Chryostomus in Imperfecto homil. 35. Cum turba plurima, ait, fidelium Christum sequeretur in via, duodecim Apostolos solos tulit in secreto, & illis tantummodo mortis suæ ammittant mysterium: quia semper pretiosior thesaurus in melioribus vasis includitur. Multi quidem viri erant cum eo, sed propter modicitatem fidei suæ infirmi. Multa mulieres, etsi in fide fortes, infirmæ tamen in sexu: si audissent quia ideo Christus ascendebat Ierusalem, ut interficeretur, & viri forsitan turbarentur propter infirmitatem filij Syleicia in Euang. Tom. IV.

14. Non omnia omnibus communicanda. Omnia non omnibus sunt communicanda, nec enim omnes omnia audiendi sunt capaces, ac proinde magna, & alta mysteria magnis viris sunt communicanda, non verò infirmis ne turbentur; nec etiam mulieribus, quæ Dominum sequebantur; nam propter teneritudinem, si audissent de morte eius, aliquantulum clamarent, & multum flerent, & passionem Domini impedire variis modis tentarent, quod confirmat sanctus Pater. Nam Petrus audiens Domini passionem, cepit increpare illum, dicens: Absit à te Domine, non erit tibi, &c. Matth. 16. n. 22. Tunc ait sanctus Doctor: Si Petrus in morte Christi turbatus est, cuius alterius fides posset sustinere tanti mali dolorem? Si petra immobilis penè commota est, quomodo terra sufferret impetum tempestatis?

15. Secundò. Abulen. quæst. 49. Si mortem Domini audirent populares turbarentur valde, & trepidarent circa fidem; nam si Dominus propinquus passioni, dicens quod oportebat exaltari filium hominis, quod de morte intelligebatur, turbæ dubitarant, dicerent: Nos audiuimus ex lege, quia Christus in æternum manet, quomodo tu dicis, quod oportet exaltari filium hominis? Ioan. 12. num. 34. Si ergo quando non clarè audiebant de morte Christi scandalizabantur, quanto magis scandalizarentur, si aperte eis loqueretur. Sic loquitur Abulen. sic.

16. Tertio. Hugo. Assumpsit Iesus duodecim secretò. sic ait: Hoc contra hypocritas, qui quando vadunt ad crucem penitentia non secreto dicunt hoc, sed publice. Opus virtutis abscondendum, in secreto agendum, ac tractandum. Quarto. Idem Hugo: In hoc, ait, instrumur, quod reuelandum est consilium antiquioribus, & bonis reuelandum est consilium ut elatio caueatur, & veritas discernatur. Qui consilium suum abscondit, multum de se præsumit. Antiquioribus reuelandum est consilium ut senectus veneretur. Et bonis reuelandum, quia hi magis vera loquuntur, & consilio scripturæ viuunt.

17. Quintò. Sciebat Iesus, quod ventura esset mater filiorum Zebedæi, cum filiis suis petens, ne ergo suorum Apostolorum ambitio extraneis pateret, suos Apostolos secreto assumpsit, ne illorum infirmitas proderetur, & aliis fieret manifesta, sed voluit, ut inter discipulos abscondita remaneret.

18. Sextò. Non reuelat Dominus suum secretum Apostolis, dum domi sedent, sed dum in via laborant; diuinæ sapientiæ abdita secreta non panduntur desideribus, ac oscitantibus, sed pergentibus, ac laborantibus. Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Dei, & mirabilia eius in profundo, Psalm. 106. num. 33. Aperiuntur opera Dei, & celestia mysteria diuinæ sapientiæ non desideribus, sed operantibus, ac facientibus multa virtutum opera in contradictione multarum aquarum, ac in earum alto profundo. D. Hieron. in cap. 2. Isaiæ: Qui enim, ait, in seculi huius fluctibus non sunt oriosi, sed operantur, & merces portant dominicas, & ad portum venire festinant, ipsi viderunt opera Domini.

19. Septimò. Assumpsit secreto, secretòque eis reuelauit mysteria, non tamen multum commendauit secreti silentium; nam sæpe qui multum commendat secretum, ad publicationem subornat, ac ad diuulgationem stimulat. Deslorauit Amnon sororem suam Thamar, quæ cum se vidisset eiectam, ac tanta contumelia affectam in multas lachrymas diffundebatur, cuius rei causam; cum ab ea agnouisset fratrem suum Absalon, dixit ei: Nunc

20. Non omnia omnibus communicanda. Omnia non omnibus sunt communicanda, nec enim omnes omnia audiendi sunt capaces, ac proinde magna, & alta mysteria magnis viris sunt communicanda, non verò infirmis ne turbentur; nec etiam mulieribus, quæ Dominum sequebantur; nam propter teneritudinem, si audissent de morte eius, aliquantulum clamarent, & multum flerent, & passionem Domini impedire variis modis tentarent, quod confirmat sanctus Pater. Nam Petrus audiens Domini passionem, cepit increpare illum, dicens: Absit à te Domine, non erit tibi, &c. Matth. 16. n. 22. Tunc ait sanctus Doctor: Si Petrus in morte Christi turbatus est, cuius alterius fides posset sustinere tanti mali dolorem? Si petra immobilis penè commota est, quomodo terra sufferret impetum tempestatis?

21. Secundò. Abulen. quæst. 49. Si mortem Domini audirent populares turbarentur valde, & trepidarent circa fidem; nam si Dominus propinquus passioni, dicens quod oportebat exaltari filium hominis, quod de morte intelligebatur, turbæ dubitarant, dicerent: Nos audiuimus ex lege, quia Christus in æternum manet, quomodo tu dicis, quod oportet exaltari filium hominis? Ioan. 12. num. 34. Si ergo quando non clarè audiebant de morte Christi scandalizabantur, quanto magis scandalizarentur, si aperte eis loqueretur. Sic loquitur Abulen. sic.

22. Tertio. Hugo. Assumpsit Iesus duodecim secretò. sic ait: Hoc contra hypocritas, qui quando vadunt ad crucem penitentia non secreto dicunt hoc, sed publice. Opus virtutis abscondendum, in secreto agendum, ac tractandum. Quarto. Idem Hugo: In hoc, ait, instrumur, quod reuelandum est consilium antiquioribus, & bonis reuelandum est consilium ut elatio caueatur, & veritas discernatur. Qui consilium suum abscondit, multum de se præsumit. Antiquioribus reuelandum est consilium ut senectus veneretur. Et bonis reuelandum, quia hi magis vera loquuntur, & consilio scripturæ viuunt.

23. Quintò. Sciebat Iesus, quod ventura esset mater filiorum Zebedæi, cum filiis suis petens, ne ergo suorum Apostolorum ambitio extraneis pateret, suos Apostolos secreto assumpsit, ne illorum infirmitas proderetur, & aliis fieret manifesta, sed voluit, ut inter discipulos abscondita remaneret.

24. Sextò. Non reuelat Dominus suum secretum Apostolis, dum domi sedent, sed dum in via laborant; diuinæ sapientiæ abdita secreta non panduntur desideribus, ac oscitantibus, sed pergentibus, ac laborantibus. Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Dei, & mirabilia eius in profundo, Psalm. 106. num. 33. Aperiuntur opera Dei, & celestia mysteria diuinæ sapientiæ non desideribus, sed operantibus, ac facientibus multa virtutum opera in contradictione multarum aquarum, ac in earum alto profundo. D. Hieron. in cap. 2. Isaiæ: Qui enim, ait, in seculi huius fluctibus non sunt oriosi, sed operantur, & merces portant dominicas, & ad portum venire festinant, ipsi viderunt opera Domini.

25. Septimò. Assumpsit secreto, secretòque eis reuelauit mysteria, non tamen multum commendauit secreti silentium; nam sæpe qui multum commendat secretum, ad publicationem subornat, ac ad diuulgationem stimulat. Deslorauit Amnon sororem suam Thamar, quæ cum se vidisset eiectam, ac tanta contumelia affectam in multas lachrymas diffundebatur, cuius rei causam; cum ab ea agnouisset fratrem suum Absalon, dixit ei: Nunc

Non omnia omnibus communicanda.

Matth. 16.

14. Abulen. Aliorū scandalum vitandam.

Ioan. 12.

15. Hugo. Virtus abscondenda.

16.

Defectus aliorum abscondendi.

17. Manifestantur mysteria non desideribus, sed laborantibus. Psalm 106.

Hieron.

19.

2. Reg. 13.

Abulen.

Commenda-
tio secreti si-
mulatio ad
illius mani-
festationem.

19.
Theophyl.
Carthuf.

Magnorum
consilia oc-
cultanda.

Valer. Max.

20.
Exod. 30.]

Magna Dei
negotia in oc-
culto Deo
agit.

Exod. 10.
Nylfen.

21.
Cant. 1.
Ambros.
Septuag.

Cognitio Di-
uinorum ab-
scundanda.

favor tace, frater tuus est, nec affligas cor tuum pro hac re, 2. Regum 13. num. 20. Dixit ei: tace, quia ut explicat Abulenſis quaest. 7. Conſolabatur Thamar, quia indicibilis erat planctus eius. Tamen statim ſubdit textus: Cum autem audisset rex verba haec: filiam suam Thamar violatam. Contristatus est valde. Quæro tamen à quonam tantum crimen filiae suae audivit David? quomodo rem sciuit? Nam Amnon cum eſſet reus criminis delictum non publicavit? Abſalon rei ſecretum commenda- vit, ac proinde non divulgavit; Thamar ergo rem propalavit, ſed nonne ſecretum eius Abſalon maxime rogavit? Tace ſoror. Quomodo ipſa manifeſtat? Fortè quia ſecretum rogavit, inde ipſa prouocata altiorem vocem edidit, magnùm- que clamorem excitavit, & totam rem apertiffimè declaravit.

Octauò. Theophylactus ad illa verba: Filius hominis tradetur. ſic ait: Secretum erat mysterium, quod ſolis familiaribus reuelandum erat. Similiter Dionyſius Carthufianus & alij. Ad quid priuati- tim ſeparat Dominus ſuos diſcipulos à turbis? vt eos de cruce, ac paſſione ſua moneat, vt hoc factò inſtruantur conſilia magnatum rerum, non euul- ganda, ſed occultanda eſſe. Nam vt ait Valerius Maxim. lib. 11. cap. 11. Taciturnitas optimam atque cuiſſimam rerum adminiſtrandarum vinculum.

Mandauit Deus Moyſi: Pones altare contra velum, quod ante arcam pendet teſtimonij, Exod. 30. num. 7. & poſtea ſubditur: Deprecabitur Aaron ſuper cornua eius, ſemel per annum, quod oblatum eſt pro peccato, ibidem num. 10. Agebat Pontifex in hac deprecatione de re ſua domeſtica, de bonò- que communi ciuitatis, ac regni, & gentis ſuae; ſed quid eſt quod Deus volebat, Pontificem has deprecationes facere obiecto expoſito velo, ne à populo videretur? Videbat enim conuenientius, quod populus ſuum inſpiceret, ac audiret Sacer- dotem, vt ex eius affectu incitaretur ad ſimiles obſecrationes diffundendas? Pertraſtabat Sacer- dos cum Deo negotia, ſiue priuata, ſiue publica, ordinat diuina Sapientia, vt velo obtegatur, ne diuina diſpoſitiones, ac conſilia, quæ Pontifici manifeſtabantur, cum eoque agebantur, popula- ribus eſſent aperta, & nota. Sicque Deus ſe habet cum Moyſe in Hebræorum caſtris; vocat Deus Moyſem ad cacumen montis. Ecce nubes circum- fuſa caligine, ac nebula, in quam ingreditur Moy- ſes, Exod. 20. num. 21. D. Gregorius Nyſſenus lib. de vita Moyſis: Eligitur vnus, ait, è multis rerum diuinarum capax. Non enim omnes ſunt capaces, ſed vnus è multis eligitur.

De ſuo diuino Sponſo ait anima ſancta: Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, lectulus noſter ſloridus, Cant. 1. num. 15. D. Ambroſius ſerm. 4. in Pfalm. 118. legit: Acclimatio noſtra opaca. Septua- ginta: Specioſus ad cubile noſtrum vmbroſus. Si tam ſpecioſus, ac pulcher eſt ſponſus in ſuis operibus, ac mirabilibus, cur anima ſancta inuitat eum, ipſumque vult habere in lectulo, ſeu accubitu opaco, vmbroſo, ac occulto: cur non potiùs in pa- tenti, & manifeſto, vt omnes elegantiam ſponſi ipſiùſque fauores erga eam videant: Optime ſcie- bat anima ſancta, quod ille cui communicata eſt cognitio pulchritudinis, ac elegantiae mirabilium diuini Sponſi, ipſam non debet in publicum euul- gare, ſed in opaco, ac occulto cordis ſui intimè clauſa retinere, ac abſcondere, & tanquam ſub opaco, ac vmbroſo abſcondere. Citatus D. Am- broſius: Laudat, ait, ſponſi decorem Eccleſia, quem-

plus vnusquisque tacito laudat affectu, & ſidus my- ſteriorum interpres tacendo plus predicat. Nam qui arcana diuulgat, imminuit Chriſti decorem.

Hinc vt etiam ad humana decedamus cum magna obſidione teneretur Ieroſolyma ab Aſſy- riis ventum eſt ad pacti conditiones. Tunc Rab- faces præfectus militiæ Aſſyriorum loquitur vul- gari, ac Hebræa lingua cum Eliacim facerdotè ſtante ſuper murum. Cui Sacerdos ait: Loquere ad ſeruos tuos Syra lingua, intelligimus enim: ne loquaris ad nos Iudaicè, in auribus populi, qui eſt ſuper mu- rum, Iſai. 36. num. 11. Lyran. ibi: Loquere Syra lingua qua non erat intelligibilis populo communi: & erat petitio rationabilis, quia talis iræſtatis debet eſſe ſecretus. Magni enim ponderis conſilia ab excel- lentioribus viris definienda ſunt; non autem vul- garibus manifeſtanda; obſecrat ergo Sacerdos vt eo idiomate vtatur, quod non ab his, ſed ab illis tantum intelligatur.

QVÆSTIO III.

Quare Chriſtus hic prædixit diſcipulis mor- tem, paſſionem, ac reſurrectionem ſuam?

RESPONDET primò D. Chryſoſtomus in Im- perfecto homil. 35. Ideo, ait, prædixit eis fu- turum, vt ab exitu cognoscatur præſcientia eius: ex præſcientia autem eius diuinitas intelligatur. Et poſtea ſubdit: Videte, quia voluntariè vado ad mortem. Cum ergo venerit tenebrarum poteſtas, cum videritis me in cruce pendentem, ne æſtmetis me hominem eſſe tantum. Nam & ſi poſſe mori hominis eſt: tamen, velle mori non hominis eſt. Prædixit Dominus paſſionem ſuam diſcipulis, vt oſtendat illum ſponte ſua, ac liberè mortem, & crucem ſubire. Iuxta il- lud Iſaiæ 53. num. 57. Oblatus eſt, quia ipſe voluit. Et iuxta illud: Nemo tollit animam meam à me ſed ego pono eam à me ipſo, & poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam, Ioan. 10. num. 7. Ita etiam docent communiter D. Hieronymus, N. D. Cyrillus, D. Paſchaſ. Theo- phylactus, qui in cap. 10. Marc. ait: Nam qui præ- nouit, & effugerè poteſt, & non fugit: manifeſtum eſt, quod voluntariè ſe paſſionibus exponat.

Secundò. Vt ait Chryſoſtomus: Vt ex præſcien- tia eius diuinitas intelligatur. Vt ex hac prædictio- ne diuinitas eius intelligatur, cum nota ſint ei omnia futura, & quæ paſſurus erat. Nota diuini- tatis futura ſcire. Annuntiate, quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia diſ eſtis vos, Iſai. 41. n. 23. Vnde Chriſtus prædicens traditionem Iudæ, ſub- dit: Amodo dico vobis, priuſquam fiat, vt cum fa- ctum fuerit, credatis, quia ego ſum, Ioan. 13. num. 19. Quia ego ſum, qui ſum, verus nempe Deus.

Tertiò. Theophylactus in cap. 10. Marc. Prædi- cit, ait, Dominus diſcipulis euentura, vt mentes eo- rum prepararet, quo priuſ audita faciliùs ferant, & non repente percellantur animo. Prædicat Dominus ſuam paſſionem, præuiſa enim minus ferunt; nam omnis aduerſitas, quæ ſubito venit, nimis grauis eſt, quam vero prænoſcimus, & expectamus, le- uior inuenitur.

Quartò. D. Chryſoſtomus homil. 66. in Matth. Hac prædicat, ait, vt cum triſtia veniſſe viderim, certiore ſpe reſurrectionem expectarem. Voluit Do- minus ſuos armare, ac præmunire, ne paſſionis tempeſtate fluctuaret, ideo eis prædicat, vt eum comprehendere, ſixumque; cruci cerneret diſcipuli,

22.

Iſai. 36.
Lyran.

Secretum ab-
ſcondendum
à populo.

23.

Chryſoſt.

Chriſtus vo-
luntariè ob-
latus morti.

Iſai. 53.
Ioan. 10.

Hieron.
Cyrill.
Paſchaſ.
Theophyl.

24.

Chryſoſt.
Deum oſten-
ditur ex fu-
turorum præ-
dictione.

Iſai. 41.
Ioan. 13.

26.

Theophyl.

25.

Chryſoſt.

certa

Chryſoſt.

27.

Iſaac Abbas.
Aſcenſus cæ-
leſtia patria
cum multo
labore.

28.

Matth. 16.
Chriſti paſſio
memoria re-
tinenda.

29.

Luc. 19.

Marc. 11.

Corona regni
parit dolores.

30.
Apocal. 12.

Arabicus.

Corona regni
ſecum habet
gemitus, &
dolores pro
ſubditis.

Hugo.

certa ſpe crederent eum reſurrecturum, amariffi- mam Domini paſſionem maxime gloria reſurre- ctionis dulcorauit. D. Chryſologus ſerm. 118. Re- ſonet, ait, in ore noſtro reſurrectio, ad noſtra mentis tranſmittatur audiunt: vt mors, quæ noſtros ſemper obſidet ſenſus cum terrore ſuo, cum lamentis ſuis à noſtris ſenſibus effugetur. Vt totam mortis poſſit cal- care formidinem.

Quintò. Iſaac Abbas homil. 1. apud Tiltman. Ad pacis viſionem properantibus (hoc enim Hiero- ſolyma) tradendus eſt filius hominis. Cum propo- nitur aſcenſus ad Ieroſolymam, hoc eſt, ad pacis viſionem, ac cœleſtem patriam deſignatam, ſta- tim filius hominis ſub flagellis, ſub morte, ac cruce demonſtratur. Semper enim cœleſtis ciui- tatis aſcenſus cum multo hominis externi diſ- pendio, ac laborum precio aſſequitur, & obti- netur.

Sextò. Multoties Chriſtus Dominus ſuis diſci- pulis prædixit mortem, & paſſionem ſuam, vt in præſenti. Et Matth. 16. num. 21. & 17. num. 21. & 26. num. 24. & ſæpè; vt eximius eius amor, ſingulariſque eius benignitas, quæ pro nobis tot pertulit, alte eſſet fixa, & impreſſa in mente di- ſcipulorum, & vt tantæ eius charitatis iugis in nobis memoria permaneret; Diuinum Euchari- ſtiæ ſacramentum inſtituit tanquam ſuæ ſacratiffi- mæ paſſionis memoriale perenne.

Septimò. Aſcendebat Ieſus Ieroſalem, vbi glo- riòſo triumpho, ac magno applauſu excipiendus erat à populo, acclamandùſque Rex: Benedictus qui venit rex in nomine Domini, Luc. 19. num. 38. Benedictum, quod venit regnum Patris noſtri David, Marc. 11. num. 10. Cum ergo Dominus pergat, ac aſcendit ad hunc magnificum triumphum, ſuam mortem, ac paſſionem prædixit, vt cunctos mo- ſteat regale purpuram, regiùmque principis ap- plauſum ſecum habere annexum pro ſuis pati, ac mori, corona enim patturitur gemitus, & dolores pro ſuis, pro illorùmque ſalute proprij ſanguinis effuſione.

Apparet in Apocal. 12. num. 1. Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim. Deinde ſubditur: Cla- mabat parturiens, & cruciabat, vt pareret. Ara- bicus habet: Et dolens cruciabat, vt pareret. Res ſanè multum mirabilis. Valde magnifico re- gio apparatu ſe oſtentat mulier ex luna, purpura ex ſole, corona ex ſtellis confeſta; ad quid tendit tam regalis magnificentia? Videbatur ex illa conſequens, quod ex tanto ornatu mulier feſtiuè gauderet, ac exultaret, ac multis oblectationibus recrearetur, magnòque imperio cuncta regeret, ac imperaret. Minimè hæc videntur, ſed potius oppoſita oſtenduntur. Mulier præ anguſtia cla- mat, ac multis doloribus angitur: Clamabat parturiens, & cruciabat, vt pareret. Deindeque duriffimo bello contra eam draco inſurgit: Ecce draco magnus, & ruſus, habens capita ſeptem, & cornua decem ſtetit ante mulierem. Quis ex tanto apparatu, ac ornatu tot gemitus, dolores, ac bella ſperaret? Mulier apparebat in cœlo: Signum magnum apparuit in cœlo. Vt cœleſtis regina, ac è cœlo data conſequens erat, vt corona ſuperna, ac è cœlo data non oblectationes, & lætities, ſed gemitus, dolores, ac bella parturiret, vt filios, & ſubditos haberet, purpuræque cruciatibus repleta erat, vt filiorum, ſeu ſubditorum prole circun- daretur. Fauet Hugo Viſtorinus: Mulier, ait, amicta ſole habens coronam ſtellarum duodecim,

parturiens in doloribus ſuis, antiqua eſt Eccleſia pa- trum, quæ gemitus, & tormenta habuit, uſquequo fructum ex plebe ſua videret Chriſtum.

In nomine Ieſu ſalutem, ac pacem dat Ioan- nes ſuis diſcipulis: In nomine Ieſu Chriſti, qui eſt, ait, primogenitus mortuorum, princeps regum terra, Apocal. 1. num. 5. Cum dicatur Princeps, ac Rex regum terræ, & Dominus dominantium. Subiun- git: Et lauit nos in ſanguine ſuo; pro nobis ſcilicet moriens, vt eſt communis vox interpretum. Cur potius non ait: Princeps regum terræ, & imperat, pom- paticeque cum ſuorum turba incedit? Sed lauit nos in ſanguine ſuo. Et ſi princeps tam amplus, ac magnificus; vbi corona, vbi purpura, vbi ſcep- trum? Vbinam huius potentiffimi regis ſtem- ma. Lauit nos in ſanguine ſuo. Huius diuini regis imperium non viſitur, ac oſtenditur turba popu- lorum, ſceptro, vel corona aurea lapidibus pre- tioſis intexta, ſed cum proprij ſanguinis effuſio- ne ſuos purificat, & mundat. Optimi enim prin- cipis nota eſt pro ſuis pati, & mori. Huc aduoco id quod eleganter dixit Tertullian. lib. 3. contra Marcion. explicans illud Iſai. 9. Factus eſt princi- patus ſuper humerum eius. Sic ait: Quis regem in- ſigne poteſtatis ſua humero præferi, non aut capite diadema, aut manu ſceptrum? Solus nouus Rex Chriſtus, noue gloria poteſtatem humero exiulit crucem. Vide ſuprà cap. 19. num. 72. 73. 74. & 35. num. 47. & 48. Vide multa tom. 1. 2. & 3. verb. Prælatum.

31.
Apocal. 1.

Optimi regis
nota pro ſuis
pati, & mori.

Iſai. 9.
Tertull.

QVÆSTIO IV.

Quare diſcipuli, qui ſæpè Dominum, de ſua morte audierant differentem, ta- men nunc dicitur, quod nihil eorum intellexerunt?

MULTOTIES Chriſtus Dominus de ſua mor- te, & paſſione ſermonem habuit cum ſuis diſcipulis, Matth. 16. num. 21. Poſt Petri con- feſſionem ſubdit Euangelista, quod Ieſus dixit diſci- pulis ſuis, Quia oporteret eum ire Ieroſolymam, & multa pati à ſenioribus, & Scribis, & Principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere. Pe- trus autem, quia intellexit cœpit eum increpare: Abſit à te Domine, non erit tibi hoc. Iterum etiam Matth. 17. num. 21. Marc. 9. n. 30. Conuerſantibus (ait D. Matthæus) eis in Galilea, dixit illis Ieſus, & occident eum, & tertia die reſurget. Et contriſtati ſunt vehementer. Ex eorum ergo mœtore colligitur eos verba Chriſti intellexiſſe. Tamen nunc in præſenti ait D. Marcus citato cap. 9. num. 31. ex- preſſè: At illi ignorabant verbum, & timebant interrogare eum. Et D. Lucas ait: Ipſi nihil eorum intellexerunt. Ad hanc difficultatem

Reſponder primò. Beda in hoc cap. 18. Luc. Cuius vitam, ait, maxime videre deſiderabant diſcipuli, eius mortem audire non poterant, quem non ſolum hominem innocentem, ſed & Deum ve- rum ſciebant, hunc nullatenus mori, vel poſſe puta- bant. Et quia per parabolas eum ſæpè loquentem, audire conſueuerant, quoties aliquid de ſua paſſione dicebat, hoc non ita, vt ſonabat intelligendum, ſed amore diſtante, ad aliud quid allegorice referendum eſſe

32.

Matth. 16.

Matth. 17.

33.
Beda.